

& concordiam religiosis dandam summopere occurrendum est; ideoque dilecte in Domino fili Ricarde Abbas refutationem de prædio, quod illustri memorie Reinerius marchio Montisferrati Anselmo tunc Vercellenfi Episcopo confirmante Monasterio B. Mariæ de Lucedio, cui auctore Domino præfides respectu piæ devotionis donavit. Post multas lites, & contentiones ab Othone Ab. S. Januarii, & fratribus ejus factam collaudamus, & eandem possessionem cum aliis bonis, quæ in præsentiarum juste & legitime possides, aut in futurum rationabiliter poteris adipisci tibi, tuisque successoribus, & per vos præfato B. Mariæ Cœnobio in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ec. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Albertus Albanensis Episcopus. Ego Gerardus Præbiter Cardin. S. Crucis in Hierusalem. Ego Anselmus Præbiter Cardin. tt. S. Laurentii in Lucina. Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos. Ego Stamius Præbiter Cardin. tt. S. Savinæ. Ego Grisogonus Præbiter Cardin. tt. S. Praxedis. Ego Ribaldus Præbiter Cardin. tt. S. Anastasiæ. Ego Goizo Præbiter Cardin. tit. S. Cecilie. Ego Otto Diacon. Cardin. tt. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Vassallus Diacon. Card. tt. S. Eustachii. Ego Ubaldus Diacon. Cardin. tt. S. Adriani. Ego Thomas S. Romanæ Ecclesiæ Diacon. Cardinalis.

Dat. Laterani per manum Almerici S. Romanæ Ecclesiæ Diacon. Cardin. & Cancell. V. non. martii indiſt. IIII. Incarn. Dom. an. MCXL. Pontificatus vero D. Innoc. Papæ II. an. XII.

*Charta divisionis inter VII. Marchiones de VVasto filios Bonifacii ex Archivio quondam Marchionis Francisci Hyacinti Cevæ a Roascio.*

42

M C X L I I.

In nomine Domini amen. Hæc est divisio inter 40 Marchiones de VVasto scil. Mainfredum, VVilhelmum, Hugonem, Anselmum, Heinricum, Bonifacium, & Oddonem filios quondam Bonifacii marchionis. Et primo volentes ipsi fratres devenire ad infraſcriptam divisionem, ordinarunt, & fecerunt septem partes de tota terra, quam Dominus Bonifacius marchio pater eorum . . . videbatur in mari, & in terra, in castris villis, planitiis, montibus, boschis, fodris, ansibus, præstationibus, redditibus, furnis, molendinis, teloneis, aquis, & 50 aquariis, ædificiis, juribus, fidelitatibus, castellatiis, & hominibus quocumque loco, & modo possint dici, quæ erant dicti domini quondam Bonifacii marchionis, & nunc sunt dictorum fratrum, quæ dictæ septem partes, sive Marchionatus ut infra facta, & ordinari ipsis fratribus, & cuilibet ipsorum de communi consensu pervenerunt ut infra.

Qui quidem fratres in prima parte posuerunt castrum, & villam, quæ appellatur Salucia, salvis juribus Ecclesiæ S. Mariæ de Caramania, de Pinerolio, & S. Crucis de Civitacula, & quidquid sanctis, & venerabilibus locis per ipsos fratres, & antecessores ipsorum datum est his retroactis tempo-

ribus cum toto districtu cum terris, castris, & villis contentis in quadam lista . . . per quondam Dominum Petrum marchionem, & (1) . . . Raconixii . . . de anno . . . apud quæ pars appellata fuit Marchionatus de Salucia coherent ex una mons Vetulus a jugo in jusum Sturia flumen, & terra . . . quond. . . tus Bredulensis, quæ pars sicut supra facta, & ordinata devenit Domino Mainfredo de VVasto.

In secunda parte posuerunt locum, qui dicitur Busca cum castro, & tenimento, & quidquid in terris cultis, & incultis, quo . . . cum casis, castris, villis, capellis, sediminibus, & a ripa Granæ fluminis ad vallem Macræ, & a Macra per ripam Pellicis, & Chis . . . (2) stro Forficis (3) ad Roxanam, & ultra sursum per Uraitam, prout hæc duo flumina defluunt (4) . . . & præstationibus contentis . . . donationis recepto per . . . die, & anno præmissis ad quondam Dominum Bonifacium marchionem, & nunc ad ipsos fratres quomodolibet spectantibus. Item (5) super novam villam de Cuni, & terras, & capellas inter Gessum, & Sturiam salvis juribus ad Ecclesiam S. Dalmatii, & (6) coherent huic parti Dominus Mainfredus marchio ut supra, Dominus Anselmus marchio pro sua parte infraſcripta, & terra, quæ dicitur Lupazania; & hæc pars obvenit Domino Gulielmo marchioni, & appellata fuit Marchionatus de Busca.

In tertiâ parte posuerunt castrum, & villam, quæ vocatur Cravexana cum tota terra, salvis juribus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Petri de Ferrania cum locis, & juribus per ipsos dominos fratres dividentes de communi consensu inferius designatis. Nomina autem castrorum, & villarum sunt hæc: videlicet Somanum, Dolianum, Villarium, Lequii, Ugnolio, Monexilio (7) . . . avius, Gauta sicca, Camairana, Salxedum, Cingium cum Rocheta, & Burmida, cum territorio Cingii, ubi situm est castrum, & burgus Milleſimi, Holatia pars, & territorium Cairi trans Burmidam cum Carreto, Vignariolo, & Vineali . . . castrum Crucis Ferree, Bieſtrum salvis juribus &c. Et insuper quidquid continetur intra limites dictorum castrorum, & villarum cum pertinentiis (8) . . . casalibus illorum de Monchier . . . viliano, Mur (9) . . . Huic parti coherent Domini Anselmus, Henricus, & Bonifacius ejus fratres marchionis pro partibus eisdem infra designatis, quæ pars ut supra vocata fuit Marchionatus Cravexanæ, prædictus Dominus Ugo de VVasto prelegit, & accepit pro sua.

Insuper pactum, & conventum est inter ipsos fratres marchiones, quod castra, & loca, quæ habent in vallibus Retii, & Coedani cum fidelitatibus, & Vassalligiis Dominorum de Pornasio, & Cusii plebs Almi, & de Lovagna, Aquila, Gavenola, Docii, Castrum album, Castrum vetus, Castrum Zuccharelli, & Balestrini sint, & esse debeant in parte Dominorum Ugonis de Clavesana marchionis ut supra, & Domini Anselmi marchionis ejus fratris, & remanere debeant communia inter ipsos donec aliter &c. cum pacto quod ipsi Domini Ugo, & Anselmus cedant